Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul
aderant ad spectaculum istud et videbant que
fiebant percutientes pectora sua reuertebantur
Stabat autem omnes noti eius alonge et mulie
res que secute erant eum a galylea hec videntes
Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus
et iustus: hic non consensit consilio et actibus eorum ab
arimathia ciuitate iudee qui expectabat et ipse
regnum dei Hic accessit ad pylatum et petiit cor
pus iesu Et depositum involuit in sydone et
posuit eum in monumento excisso: in quo nondum
quisquam positus fuerat OFF. Domine exaudi oratio
nem meam et clamor meus ad te perueniat SEC. Suscipe
quesumus domine munus oblatum et dignanter operare ut quod
passionis filij tui mysterio gerimus prius effectibus
consequamur Per. ꝓphacio Qui salutem humana. COMMUNIO
Potum meum cum fletu temperabam quia eleuans allisisti me et
ego sicut fenum arui tu autem domine in eternum permanes tu exsurges
misereberis syon quia venit tempus miserendi eius COMP
Largire sensibus nostris omnipotens pater: ut per temporalem
filij tui mortem quam mysteria ueneranda testan
tur vitam nobis dedisse perpetuam confidamus Per.
Super populum Respice domine quesumus super hanc familiam
tuam: pro qua dominus noster iesus xpus non dubitauit ma
nibus tradi nocentum: et crucis subire tormen
tum Per eundem In Cena domini ad missam introitus
Nos autem PS Deus misereatur nostri sine Gloria patri et sine
Gloria in excelsis Collecta Deus a quo et iudas pe
nas sui peccati et confessionis sui latro premium suspicit
concede nobis tue propitiationis effectum: ut sicut
in passione sua iesus xpus dominus noster: diuersa utrique